

NARRATIO.

SCitis ad proximum diem Martis instare Bachanalia, illa autem Christiano homini Ethnicorum more celebrare fas non esse, ex sacris literis apparet. Ephe .4. Sic enim Apostolus: hoc dico & testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut gentes ambulat in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum. Quapropter ut eo facilius Bachanalij valedicamus, non immerito hac Dominicâ, voluntaria Domini nostri JESU Christi passio, stupor discipulorum, cæcitasq; Barthimæi nobis consideranda proponuntur. De singulis itaq; seorsim dicamus.

DE I. LOCO.

Christum voluntariè passum fuisse:

1. Spontaneus ipsius ascensus Hierosolymam.
2. Concio, quâ in viâ, passionem & mortem prædixit, testatur.

De ipsius ascensione habet textus:

Assumpsit autem JESVS duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.

V S V S.

1. Exemplo Christi adjungentis sibi, circa